

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Vdalricus Confessor in stainheim ordinis praedicatorum, Ioanni Reuchlin professori iurium profundissimo [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

AD IO. REUCH. LIB. SECUND.

fra nouissimis appropinquassent periculis, solita ut utaris iusticia per tuam te etiam atq; etiã p̄cor humanitatem. Aduersarium ad compromittendum modo regulares in partem suam accipere nõ cogat̄ satis inclinatu intelleximus. Nos uero te unũ pro decẽ aliis etiã religiosis amicis iustis expertis in nostra parte stare optamus. Cetera ex latore p̄sentium omnia plene intelliges scio, cui si consilio esse ut soles uolueris, spem nobis nõ paruam, foeliciter turbam hanc maximam finiendi præstabis. Vale, & tuo parce Vi gando turbato, literas rudes formanti. Ex Francofordia. Anno M. D. IIII. xv. Calend. Maii.

Vdaltricus Confessor in Stainheim ordinis Prædicato rum, Ioanni Reuchlin professori Iurium pro fundissimo. Cum sui commendatione vtriusq; hominis salutem.

EGREGIE ac colendissime Doctor, descendẽdo nuper Co loniam ut audiuisstis, ueniens Moguntiam, intellexi ibi quos dam Colonenses fuisse Theologos, qui satis contẽptibiliter locuti fuerant de scriptis dominationis uestræ cõtra Pfefferkorn. Cum uero Coloniae essem, & facultas Theologica, ut moris est, in principio cuiusdam Baccalarii in cõuentu prandium sumpsisset, dicebat quomodo libellus D. V. actu traditus esset per facultatẽ Doctori de Tungaris, qui iam principalis reputatur inter secula res, ut examinaret, sicut & facit, sunt diuersæ sententiæ ut audiui. Quidam, quia libellus comburet. Quidam, quia autor inquiret. Alii aliter &c. Scripsi aliãs ex Moguntia Procuratrici, ut Dn. V. auisatam redderet, sicut credo fecit. Non dubito ista ut scribo, bo no animo accipietis. Commendo me dñationi uestræ, & conuen tum hũc sicut patri & fidelissimo tutori ac amico. Curate mi Do ctor ut bene ualeatis. Ex Stainheim quinta post Virfulæ. Anno M. D. XI.

Ioannes Reuchlin Phorceñ. LL. Doc. egregio sacrae Theologiae Doctori de Tungaris. S. D. P.

EGREGIA tua uirtus & sapientia, excellentissime Doctor; qua in tam illustri omnium bonarum doctrinarum Vniuer sitate ut sol astris, sic tu optimis quibusq; præstas, id merito